



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis De  
Chri//stianarum rerum memoria li-//bri decem**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 224**

De martyrio Iacobi fratris d[omi]ni. Cap. XXVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29805**

## RERVM MEMO. LIB. II.

Oliueti, sed conatus eius preuenit Felix, & congressione facta cum armis, Aegyptium quidem fugat, alios vero vel perimit vel capit, vsq; ad triginta octo milia virorum.

### MORS CLAVDII IMPERATORIS. Cap. XXV.

**I**Nterea Claudio tredecim annis & octo mensibus functo imperio, Nero suscipit principatum. Hic Festum mittit in Iudæam, vt succedat Felici, apud quem Paulus causa dicta vincetus Romam mittitur, Aristarcho comitante, & biennium in libera manet custodia. Post hoc ad prædicandum dimittitur, nondum Nerone in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant historiæ, sed adhuc dispensatione diuina, clementius agente, vt interim compleretur prædicatio Pauli, & scriberentur eius epistolæ, vel ad personas, vel ad capita prouinciarum, vel ad fidei soliditatem, vel ad decorem euāgelij, deniq; ad totius ecclesiæ vtilitatem.

### DE MARTYRIO IACOBI, fratris domini. Cap. XXVI.

**I**gitur post Paulum Romam transmissum videntes Iudæi frustratas esse insidias, quas ei intenderāt, ad Iacobum fratrem domini & Hierosolymorū episcopum conuertuntur ad vindicandum. Tunc expetunt ab eo abnegationem Christi. At ille libera voce coram omni populo Christum esse filium Dei confitetur. Tunc de pinnate templi deiectus ab impijs Iudæis, orans super genua sua, etiam pro lapidantib⁹, tandem fullonis vecte percussus, occubuit xxx. episc

## HAYMO DE CHRISTIA.

scopatus sui anno. Clemens: Fuit autē ex vtero ma-  
tris suae sanctus, vinū & siceram non bibit, animal nō  
manducauit, ferrū caput eius non ascendit, oleo non  
est perūctus, balneo non est vsus nec laneo indumē-  
to indutus, sed tantum sindone. Huic soli licebat in-  
troire in sancta sanctorū, vbi genua flectēdo, incessan-  
ter orabat, adeo vt ad modū cameli callos faceret in  
genibus. Qui pro incredibili cōtinentia vitæ & iusti-  
tia summa appellatus est Oblias, id est, munimētum  
populi & iustitia. Nec multo post oppugnatio cōse-  
cuta est Vespasiani, ita vt & Iudæorū prudentes hanc  
esse causam crederent statim cōsecutæ oppugnatiōis  
Hierosolymorum, quod in Iacobum iniecerint ma-  
nus sceleratas, iustissimum & omniū cōfessione piissi-  
mū virum, qui erat frater dñi, qui dicitur Christus.  
Haymo: Ego vero magis opinor hoc eis cōtigisse,  
quia in dominū Iesum cōmiserunt, vt quia clamaue-  
runt, Sanguis eius super nos & super filios nostros,  
tam in se, q̄ in suis successoribus cōtinua fere sangui-  
nis effusione punirentur. Interea Festus morit̄ apud  
Iudæam, cui successit Albinus Cæsare adiudicāte, Al-  
bino Florus, cuius auaritiam & luxuriam cæteraque  
flagitia non ferētes (Nam & honorabiles quosq; fla-  
gris verberauerat, & nonnullos in sancta ciuitate pā-  
ribulo suspenderat) aduersum Romanos rebellant.  
Cuius rei occasione, ad debellādos Iudæos magister  
militiæ Vespasianus transmittitur.

### DE CRVDELITATE

Neronis.

Caput XXVII.